



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

3 [i.e. 2]. Loca Vasta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

comm. recip. Rom. c. 6. Sic ambris enim, ante emigrationem, finitimos Cheruscis, ubi Dethmoldia, & latè in diœcesi Paderbornensi habitâsse, ex Dione suprà probatum.

3. LOCA VASTA. Tum ob solitudinem, tum ob amplitudinem Teutoburgiensis saltus, qui in diœcesi Osnabrugensi exsurgens, per Ravensburgicum & Lippensem comitatum, & totam Paderbornensem ditionem longissimo montium silvarumque tractu porrigitur. Vasta enim loca appellantur, quæ vel magnitudinis terminos excedunt, vel deserta & solitaria sunt, nec sine horrore peraguntur. Vossius in etymolog.

3. SISTE VIATOR ITER. Vetus in monumentis, & frequens his verbis compellandi viatorem formula. Meretur hanc moram propter Vari cladem, & victoriam Caroli M. in Romanâ & Francicâ historiâ inclitus saltus.

4. HIC RAPTAS A QVILAS CLADIS MONUMENTA LATINÆ. &c. Tacit. l. i. An. Florus. lib. 4. c. 12. alique suprà citati.

5. VARI RELLIQVIASQVE DVCIS. Tac. lib. i. An. *Hand procul Teutoburgensi saltu, in quo reliquiae Vari, legionumque insepultæ dicebantur, & locis glebosis caluæ, seu crania hominum disjecta, ossaque passim effodiuntur.* Hamelman. in genealogiâ com. Lipp. Isaac. Pontanus lib. i. orig. Franc. c. 9.

6. EGIT ET HIC CELEBREM THIETMALLO TESTE TRIVMPHVM. Celebrem hîc triumphum Carolus M. egit, quia prælio, non auspicijs ejus tantum, ut pleraque alia, verum etiam ductu inito, interfuit, & ingenitem victoriam, innumerabili hostium multitudine interfecit, reportavit; Eginhardus in vit. Caroli. M. Astronomus in reb. gest.